

6

mendatione suscipiat. Si qua igitur ecclesiastica secularisue persona nostre confirmationi huic et constitutioni vestre temeritate aliqua obviare presumpserit / tanquam religionis et quietis monastice perturbatrix / auctoritate beatorum petri et pauli / et nostra donec satisficiant / excommunicationis gladio feriatur. Qui vero conservator extiterit / omnipotentis dei et apostolorum eius benedictionem et gratiam consequatur. Interdicimus autem ne quis pueros laicos / vel presbiteros vestros ad habitandum suscipiat. Ego Calixtus catholice ecclesie episcopus confirmavi et. S. Datum sedeloci per manum Grisogoni sancte. R. ecclesie diaconi cardinalis ac bibliotecarii. x. kalendas Iulii. Indictionis. xiiij. Incarnacione domini Anno Domini. c. xix. Pontificatus autem domini Calixti sancti pape. anno. j.

**P**riuilegium domini Eugenii pape. iij. de eo quod confirmat cartam caritatis / et consuetudines ac statuta ordinis cisterciensis / cum quibusdam alijs specialibus gratijs.

**E**

**Eugenius** Episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs Gothonio cisterciensi / et ceteris fratribus ac monachis / tam presentibus quam futuris regulari vitam / et cisterciensis ordinis statuta professis imppetu. Sacrosancta romana ecclesia sicut in beato petro apostolorum principe a domino permissionem obtinuit / quod vniuersalis ecclesie fundamentum existeret / et preceptum accepit ut christiane fidei presbiteros in fide / religione omnique sanctimonia confirmaret / ita per vniuersarum ecclesiarum profectibus sollicitam se semper exhibuit / et de instituendo / preseruando / et prouidendo in omnibus ecclesijs / cultu sacre religionis fuit omni tempore studiosa. Et ab ea sicut a fonte ad vniuersos ecclesie filios sit religio deriuata / et quod ab alijs que spiritus primitias acceperunt / religiose ac salubriter institutum est per eandem immutabilem acceperit firmitatem. Unde est dilecti in domino filij quod sa

7

cre religionis v're opinione tanq̄s odore agri pleni/ cui bñdixit  
dñs/ puocati/religiosis postulationib⁹ vestris benignū impti  
mur assensū/ z regulares institutiones v'ras auctoritate aplica  
cōfirmamus. In quib⁹ sub certis capitulis que inferi⁹ anne-  
ra sunt decreuim⁹ exprimēda. Statuistis equidē inter vos ne  
in alicui⁹ antistitis diocesi/ordinis vestri abbatia fundet/ do-  
nec ipse antistes/decretū qđ inter ecclesias ordinis vestri ad cu-  
stodiā discipline firmatū est/ratū se habere p̄mittat. Et vt in  
omnib⁹ monasterijs de ordine vestro sicut i cisterciēn ecclesia  
beati **Benedicti** regula p̄petuis tēporib⁹ obseruet/z in lectio-  
nē ipius nullus ordinis vestri p̄fessor p̄ter simplicē z cōmunē  
intelligentiā/quēlibet aliū sensū inducat/sed vniformiter/z sic  
queq; diffinita noscunt/ itelligat ab omnib⁹ z inuolabiliter ob-  
seruet. Eisdēq; penitus obseruātiā/cundē cantū/ z eosdē li-  
bros q̄ ad officiū ecclesiasticū p̄tinēt p̄ vniuersas ecclesias v'ri  
ordinis teneatis/nec aliqua oino ecclesia vel p̄sona ordinis ve-  
stri aduersus cōmunia ipsius ordinis istituta p̄uilegiū a quo-  
libet postulare audeat/vel obtentū quōlibet retinere. Ordina-  
tū est etiā inter vos/vt oēs abbates de ordine vestro singulis  
annis ad generale capitulū cisterciēse omni postposita occasi-  
one cōueniāt illis solis exceptis/quos a labore vie infirmitas  
corpis retardauerit/qui tñ idoneū nūciū delegare debebūt/p̄  
quē necessitas remoratiōis illoꝝ valeat capitulo nūciari/z il-  
lis itē exceptis qui in remotiorib⁹ partib⁹ habitātes sine gran-  
di z euidēti difficultate se nequerint capitulo p̄sentare. Qui ni-  
mirū eo termino veniēt/qui eis in ipso fuerit capitulo cōstitu-  
tus. **P**reterea si aliqua cōtrouersia inter quoslibet abbates de  
ordine vestro emerferit/vel de aliquo illoꝝ tam grauis culpa  
fuerit p̄palata/vt suspensionē aut depositionē etiam mereat/  
quicqđ inde a caplo fuerit canonice diffinitū/sine retractatiōe  
aliq̄ obseruet. **D**einde in sūmario p̄sequit̄ p̄ncipaliora pun-  
cta carte caritatis/ **E**t circa finē addit q̄ sequūtur. **P**ersonā  
aut de aliq̄ ordine nulla ecclesiarū v'raz sibi eligat in pastore/  
sicut nec vestri ordinis aliquā/monasterijs alijs statuistis ordi-  
nari posse abbatē. **H**ec nimirū dilectissimi filij de multis insti-

tutionib<sup>9</sup> ordinis vestri excerptum<sup>9</sup> / et proprijs curauimus capitulis designare. Quia vero singula que ad religionis profectum / et animarum salutem regulariter ordinastis / presentis abbreviatiōi neque rūt annecti / nos cum his que prescripta sunt oia que continentur in carta vestra que appellat caritatis / et quecumque inter vos religionis intuitu regulariter statuistis / auctoritate apostolica roboram<sup>9</sup> / et vobis vestrisque successoribus / et omnibus que ordinem vestrum professi fuerint inuolabiliter perpetuis temporibus decernimus obseruanda. De cetero quod propositum firmum habetis habitatiōis vestre loca extra conuersationem secularium eligendi / gratias vestras sicut et atria ecclesiarum / a prauorum incursum ac violentia liberare / et detas fore statuimus / et ut nullus ibi hominem capere / spoliare / verberare / aut rapinam exercere presumat / in virtute sancti spiritus inhibentes. Sanctiētes etiā / ut propter comunia / interdictionem terrarum / nulla ecclesiarum uestrarum a diuinis compellat officijs abstinere / sed liceat omnibus de ordine vestro / excoicatis / et interdictionibus / eiectionibus / clausis ianuis / summissa voce / fratribus suis diuina celebrare solennia. Interdicimus itē ne aliqua oino persona fratres ordinis vestri audeat ad secularia iudicia puocare / sed si quis sibi aduersus eos aliquid crediderit de iure competere / sub ecclesiastici iudicis examine experiēdi habeat facultatem. Decernimus ergo ut nulli aliquando liceat his que in hac pagina ex auctoritate apostolorum principis a nobis confirmata et constituta sunt ausu temerario contraire / ac nostre huius sanctiōis vigorem aliqua presumptiōe infringere. Si quis autem hoc attemptare presumpserit / et culpam suam satisfactiōe congrua contempserit emendare diuine aduersiōnis iudicio se nouerit subiacere. Licet autem ista seruatiōibus sit gratia et pax a deo ac domino nostro iesu christo. Quatenus et hic fructum pie deuotiōis et actionis bone percipiant / et apud supremum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

- Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus. S.
- Ego Imarus tusculanus episcopus. S.
- Ego Hugo hostiensis episcopus. S.
- Ego Hubaldus presbyter cardinalis tituli sancte Praxedis. S.
- Ego Aribertus presbyter cardinalis tituli sancte Anastasie. S.

9:  
Ego **R**olandus pbr card. titul. sancti **M**arci. **S.**  
Ego **G**erardus pbr card. titul. sci **S**tephani in celio monte. **S.**  
Ego **J**ohannes pbr card. titul. sc̄toꝝ **J**ohānis et **P**auli. **S.**  
Ego **H**enricus pbr card. titul. sc̄toꝝ **M**erei et **A**chillei. **S.**  
Ego **J**ohannes pbr card. titul. **E**quiti. **S.**  
Ego **O**do diaconus card. sancti **G**eorgii ad velum aureum. **S.**  
Ego **G**uido diaconus card. sancte marie in porticu. **S.**  
Ego **J**ohannes diaconus card. sanctoꝝ **S**ergii et **B**achi. **S.**  
Ego **I**ldebradus sancte romani ecclesie diaconus card. **S.**  
Ego **G**erardus sancte romani ecclesie diaconus card. **S.**  
Ego **O**do diaconus card. sancte romani ecclesie. **S.**  
Ego **B**ernardus sancte romani ecclesie diaconus card. **S.**  
Datum sigme per manum **B**osonis sancte romani ecclesie scriptoris  
kl. augusti. Indiē. xv. Incarni dñice anno **A**. l.ij. Pontificat⁹  
vero domini **E**ugenii pape. iij. Anno octauo.

**D**ominus **A**nastasi⁹ pp. iij. oino simile concedit et donat confirmacionē. Excepto q̄ in fine circa celebrationē diuinorū officioꝝ tēpore interdicti sic dicit. Sanctiētes etiā vt ppter cōmunia interdicta terrarū nulla ecclesiarū vestrarū a diuinis compellat officijs abstinere. Interdicim⁹ itē/ ne aliqua oino psona fratres ordinis vestri audeat ad secularia iudicia puocare/ sed si quisq̄ sibi aduersus eos aliqd crediderit de iure cōpetere sub ecclesiastici iudicis examine experiēdi habeat facultatē. Decernim⁹ ergo vt nulli oino liceat hanc paginā nostre cōfirmatiōis infringere/ vel p̄scriptas institutiōes vestras ausu temerario violare. Si quis autē hoc attēptare p̄sūperit indignationē omnipotētis dei/ et beatoꝝ **P**etri et **P**auli ap̄toꝝ ei⁹ se noverit incursturū. **E**t p⁹ nota ipsi⁹ sūmi pontificis et. xiiij. dñorū cardinaliū signantiū et approbatiū ponit sic. **D**atum lateranē per manū **R**ollandi sc̄te romani ecclesie p̄bri card. et cancell. v. Idus decembris. Indiē. ij. Incarni dñice anno **A**. c. l.ij. Pontificatus vero dñi **A**nastasi⁹ pape. iij. Anno primo.

**D**omin⁹ **A**drianus pp. iij. oino simile in eadē forma cōfe

cit cōfirmationē/sicut p̄missa Anastasij. iij.

**A**d idē dñs Alexāder p̄p. iij. q̄ circa mediū/hāc addit clam.  
Electus aut̄ nulli archiep̄oz vel ep̄oz emācipatus / vel quasi  
absolutus tradat̄/sed nec post factā archiep̄o vel ep̄o suo p̄fes  
sionē occasione eius ordinis sui constitutiones transgrediat̄/  
vel in aliquo p̄uaricator eius existat.

**E**iusedē dñi Alexandri pape. iij. vbi multe  
monasterij filie cistercij idistincte cū alijs  
cistercij possessionib⁹ ⁊ iurib⁹ enumerant̄/  
in quo apparet summa filiarū ⁊ mēbrozū  
ad matrē sicut aliarū possessionū ꝓnexio.

**A**lexander Ep̄us seru⁹ seruoꝝ dei.  
Dilectis filijs Gilleber  
to abbati cisterciēn monasterij/eiusq̄z fratrib⁹  
tam p̄sentib⁹ q̄ futuris regularē vitā p̄fessis  
imppetuū. Religiosam vitā eligentib⁹ aplicū  
cōuenit adesse p̄sidiū/ne forte alicui⁹ temerita  
tis incurtus eos aut a p̄posito reuocet /aut ro  
bur /qđ absit/sacre religiōis infringat. **E**apro  
pter dilecti in domino filij vestris iustis postulationib⁹ clemē  
ter annuim⁹ ⁊ p̄fatum monasteriū in quo diuino mancipa  
ti estis obsequio sub beati Petri ⁊ nostra protectione susci  
pim⁹ ⁊ p̄ntis scripti p̄uilegio cōmunim⁹. Statuētes vt q̄scūq̄  
possessiones/quecūq̄ bona idē monasteriū in p̄sentiarū legi  
time possidet/aut in futurū ꝓcessione pontificū/largitione re  
gū/vel principū/oblacione fidelīū/ seu alijs iustis modis deo  
ppitio poterit adipisci/firma vobis vestrisq̄z successorib⁹ ⁊ il  
libata p̄maneāt. In quib⁹ hec p̄p̄rijs duxim⁹ exprimēda vo  
cabulis. Locū ipsū de cistercio cū terris/ pratis/aquis/siluis/  
pascuis ⁊ omnib⁹ p̄tinetijs suis. **A**bbatiā de firmitate/Abba